

110 111
CAROLI SCRIBANI
E SOCIETATE IESV
POLITICVS
CHRISTIANVS.

L I B E R II.



ANTVERPIÆ
APVD MARTINVM NVTIVM
ANNO M. DC. XXVI.
Cum Gratia & Privilegio.



LECTORI TYPOGRAPHVS.

V Sibus tuis dum studeo, in mi-
 nori & commodiori forma
 librum hunc emitto. accessit
 Auctoris voluntas, qui per-
 misit ordinem mutari, & Principi prima
 deferri, subditis secunda. illud hic etiam in
 hac editione commodum, quòd, pro cuius-
 que affectu, in vno, aut duobus, quo faci-
 lius circumferatur, cõpingi voluminibus
 opus possit, & in ambulantis ac rustican-
 tis lectoris manibus teri. additiq; etiam in
 hanc rem singulis libris sui indices. Ac, ne
 excresceret opus, characteres minui: ita
 tamen vt nihil venustati detraherem, &
 seniorum etiam oculis consulerem. ne aut
 mole sua oneri, aut litterarum tenuitate
 fastidio esset. Ita proinderem omnem mo-
 deratus sum, vt omnium hominum gene-
 ri vsui esse posset. In qua re, non tam emo-
 lumentis meis, quorum semper posterior
 mihi cura, quàm tuis lector vsibus studui.
 Quod eo lubētius feci, quòd non pauci va-
 rijs in Regnis viri docti, commodissimam

CAROLI SCRIBANI
POLITICA
 SVBDITORVM
 PRINCIPIS
 INSTITVTIO.

C A P V T I.

Quæ vita instituenda, quæ optanda?



P R I M A, & quæ plus de cælo, quàm de sæculo referat; plus de Christi, quàm de mundi consilijs, quæque cultorem suum æternâ felicitate, gloriâ, opibus beatura sit. Rogatus sententiam

Stoicus, respondit: *Ita viue, ut nihil committas, nisi quod committere etiam inimico possis. Quàm paucis multa! addit: Sic viuendum, tanquam in conspectu viuamus: sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum inspicere possit. & potest. quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? nihil Deo clausum est: interest animis nostris, & cogitationibus medijs interuenit.* Non videtur tibi hic ex altè cinctis, & cothurno Christiano magnus?

A quis